Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



358

an forte pater est unus dns · filius autem non unus dns sed tantum
dns sicut sunt dii multi & dni multi non sicut ille unus de quo
scriptum est dns unus est quid ergo respondebimus · Apostolo
dicenti · Nam & si sunt qui dicuntur dii sive in celo sive in terra
sicut sunt dii multi & dni multi · Nobis tamen unus ds pater
ex quo omnia & nos in ipso & unus dns noster ihs xps per quem omnia
& nos per ipsum · Porro si quod de uno dō patre dictum est cogit inde
filium separare dicant qui audiant non posse iam intellegi dnm
patrem qui a unus in quid dns noster ihs xps · Nam si unus utiq:
solus si solus quomodo & pater · Nisi quia & ipse & pater unus ds
& solus ds non separato spūsco · Unus ergo ds pater & cum illo filius
unus ds quamuis non cum illo unus pater · Itemque unus dns ihs
xps & cum illo unus dns pater quamuis non cum illo unus ihs xps
tamquam & pater sit ihs xps · Hoc enim nomen ex dispensatione
misericordiae suscepta quae humanitatis adsumptum est an forte
quod ait apostolus · Unus dns noster ihs xps per quem omnia · Non ut alius
adiungi quod dictum est unus ad id quod est dns · sed ad id quod ait
per quem omnia aut non unus dns sed unus per quem omnia intellegatur ·
Ut non sit pat per quem omnia sed pat solus ex quo omnia & filius solus
per quem omnia · sit ita est iam tandem fatemini unū dnm & dm nrm
esse patrem & filium qui se enim cognouit sensum dni aut qui con
siliarius eius fuit · Aut quis prior dedit illi & retribuetur ei
qnm ex ipso & per ipsum · & in ipso sunt omnia: ipsi gloria · Neque enim
dixit ex patre omnia & per filium omnia: sed ex ipso & per ipsum & in ipso ·
quoniam id no de quo ait · Qui enim cognouit sensum dni ex dno ergo
& per dnm & in dno omnia · Non alio illo & alio isto: sed uno dno quia
non dixit ipsi gloria sed ipsi gloria: quod si quis quam dicit id quod ait
apostolus · Unus dns ihs xps per quem omnia: non intellegi unus
dns nec unus per quem omnia sed unus ihs xps · Qui unus ihs xps
& iam dns dicitur non tamen ut unus dns sit sed ut unus ihs xps